



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De terræ situ & partitione. Caput tertium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

De terræ situ & partitione. Caput tertium.

MAiores nostri: vt refert Orofius: totius terræ circum Oceanum limbo circumseptum triquetram statuerunt: eiusque tres partes Aphricam, Asiam, & Europam: Aphricam ab Asia difterminat Nilus: qui a meridie in Æthiopiam diffunditur: & Ægyptum perlabens: atque mirabili fecunditate irrigans oris non minus septem mari infunditur. Europam ab Aphrica diuidit mare mediterraneum: quod ab occidentali oceano circa Gades insulam, & columnas Herculeas, non amplius decemmillibus passuum patens, terras aperit atque intrat, ait Pomponius Mella. Asiam ab Europa Tanais fluuius separat: a septentrione in mediam fere paludem Meotidem defluens cum Ponto reliquum Asiæ ab Europa diuidit. Aphrica ab orientis parte Nilus, a cæteris partibus mari terminata Europa breuior: vbi mare attingit latior: vnde in iuga exurgens, pergit in curua ad occasum: fastigiaturque se molliter: & fit paulatim adductior: vbi finitur angustissima est. Quantum incolitur fertilitate præstat. Verum maxima pars inculta est: & vel ab harenis sterilibus obducta: vel ob situm cæli deserta: vel multo ac malefico animalium genere infesta. Mare quo a septentrione cingitur Libycum vocatur: a meridie Æthiopicum, ab occidente Atlanticum. A quatuor non amplius nationibus ab initio Aphricum solum incolebatur: quarum duæ (sic scribit Herodotus) indigenæ sunt: totidem non indigenæ. Indigenæ quidem Pœni atque Æthiopes: quorum alteri ad aquilonem Aphricæ, alteri ad austrum incolunt. Aduenæ vero Phœnices & Græci, vetustiores Æthiopes necnon & Ægyptij si vera sunt, quæ ipsi de se prædicant, asperi & inculti ab initio: ferinæ carnes herbæque, veluti pecoribus vulgo cibus fuit: neque moribus, neque lege, neque imperio vllò vsi: vagi temereque palantes: nullas certas sedes habuere: vbi nox oppresserat ibi corpora quieti dabant. Postea vero ab Hercule: qui & in eam terram colonias deportasse dicitur mitiores cultioresque facti: ex his nauibus quibus in Lybiam transfretauerunt tuguria fecerunt & conuenire cohabitareque ceperunt. Sed de his plura postea dicemus. Inæqualiter terra Aphrica colitur: ad meridiem plurimum ob nimios æstus deserta: contra qua Europam spectat frequentior illi cultus. Eximia & propemodum portentosa agrorum fertilitas: utpote qui locis quibusdam centesimo foenore reddant cultoribus messem. Mirum est, quod de Mauritaniæ vbertate dicitur: esse in ea vites, quas duorum hominum complexus capere non possit: vuarum racemos cubitales: Staphilini, Hippomaratri & carduorum scapos duodenum cubitorum: enormi crassitudine calami Indici similes: quorum nodi octo capiant modiolos: Asparagos ad hæc videri haud minus notabili magnitudine. Arborea circa Atlantem proceritate insigni enodi nitore folio cupressi: Sed omnium nobilissima Citrus Rhomanis delicijs inserta. Alit & Aphrica Elefantos & Dracones: qui ipsis beluis insidiantur: suorumque complexu enecant Leones: bubalos, pardales, capreas, & limeas, quibusdam locis supra modum frequentes: Sunt & chamelopardales, Rhizes tauris similes. Herodotus & cornutos

Terra in partes tres diuiditur
Aphrica ab Asia diuiditur

Europa ab Aphrica diuiditur

Asia ab Europa diuiditur

Aphricæ situs qualitas & gentes

Aphricæ incommoda.

Quatuor Africæ latera
Aphrica a quatuor tantum modo gentibus inculta.
Indigenæ Africæ gentes.
Aduenæ Africæ gentes.
Primi Libycarum gentium mores.
Aphricæ ab Hercule cultiores facti.

Terre Aphricæ qualitas

Portentosa Africæ fertilitas
Mauritaniæ mira vbertas

Aphricæ mirabilia

Quæ animalia in Aphrica nascantur

Triquetra
Lingua
Mella.

Pœni
Æthiopes

Phœnices
Græci

Palantes
Lirantes

Staphilini
Hippomaratri

Asparagos

Citrus
Bubalos
Luceas
Pardales
Capreas
Limeas
Pardales
Rhizes

De omnium gentium ritibus.

Asinos ibi nasci auctor est: & Dracones insuper Hyænas Histricæ: agrestis arietes: Thoas ex Hyæna & Lupo genitas: Pantheras: Ciconias: Pigardos: Sthrutios: & præter multa serpentum genera Cerastras & Aspidem: cui pectus Iencumonem minimum animal oppoluit natura.

De Æthiopia & gentis eius præcis moribus.

Caput Quartum.

Æthiopia duplex hodie India dicitur.

Appellatio Æthiopiæ

Qualitas Æthiopiæ Mortalium verissimi mi Æthiopes.

Deorum cultus ab Æthiopiis institutus.

Littere quibus vsi Æthiopes

Rex ex sacerdotibus pharæticus eligitur

Obedientia Æthiopiæ.

Attende honorem regibus impensum

Vestitus Æthiopiæ

Studium & exercitium.

Æthiopia duplex regio est Asia & Africæ: altera, quæ & hodie India dicitur: ad orientem solem Rubro & Barbarico mari alluitur: ad septentrionem Libyæ & Ægypto contigua: ad occasum interiorem habet Libyam: ac reliqua parte, qua austro iacet obuersa: alteri iungitur Æthiopia, quæ maior est & australior: sic appellata ab Æthiopo Vulcani filio, qui illi præfuit: vt Plinius ait: vel a Cræco *ἄθος* cremo: & aspectus: quod solis vicinitate torreat. Est enim iugis æstus. Quicquid eius est sub meridiano cardine est. Montuosa est circa occidentum, arenosa in medio, ad orientem deserta. Plurimas habet gentes diuerso vultu & monstruoso, specie horribiles, Primi omnium mortalium creduntur verissimiq; indigenæ, & seruitutem nunquam experti, Semper genti libertas incolumis mansit. Primo decorum cultum apud eos institutum memorant: primasq; sacrorum caerimonias. Duplicem literarum vsus, vt quæ sacræ dicerentur Sacerdotibus dumtaxat notæ essent: Alterum earum, quæ vulgo paterent. Fuerunt tamen literarum figuræ haud tales: vt ex illis syllabæ coalescerent: sed animantibus exuemisq; hominum partibus, varijsq; instrumentis, artificumq; perçis similes, singulisq; sua inerat figuris significatio: vt in accipitre celeritas: in crocodillo maius: custodia in oculo: sicq; alia in alijs. Ex sacerdotibus, quem pharætico cursu circumferri viderint, omnium sanctissimū iudicant, Quem vbi Regem creauerint, veluti numen insit, aut sit ad minus diuina prouidentia eis datus, vulgo adorant, vitam is agere statutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neq; præmio neq; poena afficere. In quem autem animaduertitū volet licetorem signum mortis habentem ad eum mittit, quo in speculo confestim, quisquis ille est, domum reuersus sibi mortem consciscit. Tantus regibus honor tantumq; studium ab his tribuebatur: vt si quando aliqua corporis parte ex quauis causa debilitaretur Rex domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent. Turpe existimantes. Rege claudos aut monoculo & non amicos omnis claudos aut ynuculos esse. Ferunt quoq; consuetudinis esse, amicos vltro in Regis morte vita defungi, existimantes eum interitum gloriosum veræq; amicitia testem. Plures syderis propinquitate nudi agunt: ouillis caudis pudenda obregunt: quid: sed pauci omnino pecorū vestimentis pellibus. Alij subligacula capillis contexta ad mediū corpus inducunt. Pecuariam vulgo exercent: pecora pusilla admodū duri hirtiq; velleris. Canes & ipsi nihilo maiores: cæterum asperi & pugnaces. Multj hordeiq; frequens vsus: vnde potum etiam conficiunt: cæteris carent frugibus: præter palmas: easq; per raras. Quidam herbis victitant, tenuioribusq;